



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

1. Cessio bonorum quid sit? Et an in cessione bonorum requiratur aliqui ritus, aut solemnitas, vel sufficiat sola voluntatis expressio? Ex p. 7. tr. 8. res. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)



TRACTATUS QVINTVS

D E

CESSIONE BONORVM,

E T

DILATIONIBVS MORATORIIS

A PRINCIPIBVS CONCEDI SOLITIS.

RESOLVTIO PRIMA.

*Cessio bonorum quid sit?**Et an in cessione bonorum requirantur aliqui ritus, aut solemnitas, vel sufficiat sola voluntatis expressio? Ex p.7. r.8. Ref. 1.*

RESPONDEO quod Bonorum cessio est actus quo debitor, qui non est ad soluendum sufficiens omnia sua bona creditoribus dimittit: vt carceris situm & squalorem, aliisque molestias euitet. Nam priscis temporibus constitutum erat, vt qui ari alieno satisfacere non possent, priuata auctoritate in vincula conicerentur, atque aliis poenis afficerentur. A. Gell. lib. 20. Noct. Attic. c. 1. Cuiac. lib. 3. obseru. c. 39. Renard. lib. 4. var. c. 18. Couarruias lib. 2. var. res. c. 11. n. 1. Sed lege Julia (à Caio Iulio Caesare, vel certe successore eius Augusto, lata) tandem haec asperitas mitigata est, & sancitum, vt inopes debitores bonis suis cedendo ab iniuria carceris, & quacunque animaduersione alia liberentur, l. 1. c. 4. c. eod. c. Theod. qui bonis ex l. Iul. ced. poss. lib. 4. Igitur Cessio bonorum, est beneficium, quo debitores, qui ad soluendum sufficientes non sunt, si bonis suis cesserint carcerem euitant, Menochius de arbit. iud. lib. 2. ca. 183. & alij. Itaque cedere quempiam bonis, nihil est aliud quam profiteri se non esse ad soluendum sufficientem omne debitum, ac proinde se cedere omnibus suis bonis eaque diuidenda tradere, vt inde satisfiat quovisq; potest. Inuentum autem est potissimum cessionis beneficium ne praeter humanitatem paruo creditorum commodo, & magno suo incommodo debitores qui ad soluendum non sufficient, iudicati, capiuntur, & perpetuo detineantur in carcere. Et ita obseruat Malderus, de iust. tract. 4. c. 7. dub. 3. Hurtadus de iust. disp. 9. diff. 3. Lugo de iust. 10. 2. disp. 21. sect. 3. n. 35. & alij communiter.

2. Notandum est tamen quod nihil interest in iure, sine iudicio, an extra iudicium; praesens, an absens, per nuncium videlicet, aut per epistolam debitor bonis cedat, hoc est, bona sua omnia, si qua sunt, creditoribus se relinquere, ac concedere profiteatur. Nullus siquidem in bonorum cessione exigitur ritus, aut solemnitas: sed sufficit sola voluntatis expressio, l. vlt. ff. de cessione bon. l. in omni 6. c. qui bon. ced. poss. Et ita docet Harpprechtus in comment. ad inst. tom. 4. tit. de act. §. vlt. n. 3.

Tom. V. I.

RESOL. II.

An pro debitis ex delicto competat cessio bonorum? Ex p. 7. r. 8. Ref. 2.

§. 1. **N**EGATIUE respōdeo, dico igitur quod non gaudet beneficio cessionis, qui debet ex delicto; siue delictum sit commissum in contractu, siue extra contractum, siue debeat tanquam poena, siue pro reparatione damni, & interesse: nam iure beneficium cessionis illis solis concedunt, qui merè ciuilitate debent: & quando agitur de publicà vtilitate, excluditur bonorum cessio, l. Propter bonorem. C. qui bonis cedere possunt. Interest autem publicae vtilitatis, ne delicta maneant impunitae, vt fama, de sentent. excommunicatio. Solum igitur cessio bonorum habebit locum in debitis ciuilibus, scilicet ex contractu, vel quasi contractu: Et ita docet Harpprechtus in comm. ad Inst. lib. 4. tit. de act. §. 40. n. 6. Molina disp. 572. Mald. de iust. r. 4. c. 7. dub. 3. Ioan. Fabrus, & Zafius in fin. inst. de act. vbi dicunt, obtinere, etiam si quibus ciuilitate ad poenam pecuniariam conueniatur, vt in actione iniuriarum, Brunus de cess. bon. q. 17. quarta qu. princ. Rebuffus cons. 181. n. 5. Thefaurus dec. 282. n. 1. & 2. Natta conf. 361. lib. 2. Boët. dec. 148. n. 8. Clarus in pract. crim. §. fin. q. 95. Couarr. 1. var. res. c. 1. n. 3. Viu. lib. 1. cedere volens. Kirchoff. cent. 1. concl. 60. Thol. dec. 467. Antonius Gomez 1. res. c. 11. n. 52. vers. Item addit, quod si debitor. Cum, super ritu regni Siciliae, c. 95. n. 9. Menoch. A. I. Q. c. 447. n. 17. Iosephi Ludouicus dec. 32. n. 3. Serali. tr. de priuileg. in ram. priuileg. 91. n. 8. Soarez in thesaur. recept. sen. lit. C. m. 45. & 46. Virill. de Affili. dec. 378. n. 2. Tiraquellus in l. si vnquam v. Bona n. 5. C. de reuoc. don. Brun. à Sole in compend. res. propos. iur. verb. condemnato ex delicto. Iaf. in l. si quis id, quod n. 28. ff. de iurisd. omni. iud. Licet contrarium tenuerint aliqui relati Thesaur. dec. 182. n. 4. quando poena applicatur parti, qui Thesaurus distinguit n. 7. quod aut poena applicatur parti, vt poena & in isto casu non admittitur debitor ad cedendum bonis, aut applicatur parti, vt interesse, & tunc admittitur, à qua distinctione non recedendum tam in consulendo, quam in iudicando putat Carolus de Grassi, de exc. 17. n. 29. cui adde Maximilianum Faust. de Avar. class. 16. conf. 1271. & Thomam Maulium tr. de cess. bon. tit. 7. n. 2.

2. Limitant tamen, aliqui quod dictum est, si debitum sit poena, debitorem ad cessionis beneficium non admitti, tribus modis. Primo, quando poena debitor pari ex contractu, quia licet si poena pecuniaria, tamen non

A 2 descendit